

255

253

259

avertentes autem navem a vento longius subacti sumus in mari
Cypriorum.

249

Nono die, qui erat dominica 24., apparuit adhuc Cyprus, et
vidimus, nos illa nocte longo spatio retrocessisse, tentavimus autem
navem reducere ad aliquem portuosum insulae locum, sed non va-
luimus. Verum in nocte arripuit nos ventus, et circumducens
jactavit nos in mare Pamphilicum longius ab optato itinere. Ipsam
tamen regionem Pamphiliae (¶) minime vidimus, nec Cyprum
amplius videre poteramus, sive illo die longum maris iter feci-
mus, sed non ad propositum nostrum.

264

Decima die mitigatus est ventus inutilis et fuit facta taediosa
tranquillitas, quam bonazam vocant, sive stetimus coeli adjutorio
carentes. Cum autem sero factum esset et lumina accensa fuisse-
rent, incepérunt tubicines tuba clangere et galeotae et alii mari-
narii cantare, saltare, chorizare ad celebrandum festum S. Martini,
cujus instabat solemnitas, quae cum multis levitatibus in plerisque
mundi partibus peragi solet. Credo inolevisse hanc consuetudinem
ex aliqua veterum observantia, qui deorum suorum celebrabant
festa cum ludis scenicis: nihil enim ludicrum habetur in beati
Martini legenda, sed ingens maturitas, et apud eum vinum
nemo noverat, in quo tamen luxuriantur homines praecipue in
vigilia S. Martini, in qua forte veteres festa Bacchi celebrabant.
Bacchus enim, Jovis secundus filius, primum dicitur in Graecia
vites plantasse et Thebanis incognitum vini usum dedisse. Dice-
bant autem antiqui, quod sacra Bacchi, quae in extrema ebrietate
consistebant, ad animi purgationem pertinerent, asserentes, si
quis in tantam ebrietatem procideret, ut in vomitum usque veni-
ret, post praeteritum cerebri stuporem animum exutis curis tae-
diosis atque ejectis remanere tranquillum; vinum etiam moderate
sumtum laetum et jocundum reddere animum. Idecirco Lyceurgus
quidam rex Thraciae Bacchum contemnens et (cum) vites ejus
se amputare crederet, sua sibi succidit crura, et cum primus
aquam vino miscuisset et rem haustu sinceram plurimis infecisset
venenis, odiosus factus est superis et oculis privatus, eo, quod
tam incliti liquoris moderate sumti commoda ignorasset, et ultimo
in mare precipitatus est. Nequaquam enim antiqui ritum Ma-
chometi sustinuerint, putantes se a Baccho derelinqui, quorum
aliqui dicebant, Bacchum animam mundi esse, quae quamvis mem-

244

304

204

354

154

Ende

Anfang

